UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten ist, was vom Monath Junio des Jahrs 1648. biß zu dem, im Jahr 1649. völlig erfolgten Schluß und Ende des Universal-Friedens-Congressus zu Oßnabrück und Münster, gehandelt und geschlossen worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1736

VD18 90103165

N. I. II. III. IV. & V. Der Schweden und Evangelischen neue Projecten.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53029

Visual Library

1648. April.

§. XXIX.

1648. April.

Hauptſächliche Diſcrepanzien zwiſchen den ſeitherigen beyderſeitigen Projecten.

Um die vorſtehenden unterſchiedlichen Projecten deſto gewiehriger einzuſehen, iſt nöthig, diejenigen Diſcrepanzien, welche auf beyden Seiten die gröſte Difficultäten verurſachet hatten, aus denen Relationibus hier anzuführen. Selbige beſtunden nun hauptſächlich darinn: 1) Daß die Lutheriſchen, und nebſt ihnen, die Schweden eine gäntzliche *Oppoſition* zwiſchen der Lutheriſchen und Reformirten Religion machten, und plus ſimplici vice, ſolche als zwey diverſas Religiones einander entgegen ſetzten, welches gleichwohl die Reformirten nicht eingeſtehen, ſondern, als Glaubens-Genoſſen der Augſpurgiſchen Confeſſion, in allen Stücken gleiches Recht mit den Lutheranern haben wollten: Auf dieſer Oppoſition aber beſtunden die Schweden um deſto eyferiger und unbeweglicher, weil ſie wuſten, daß die Kayſerliche Geſandten in ihr anderweites Project Inſtrumenti Pacis, (welches nachgehends am 3ten Jun. 1647. ad Dictaturam publicam gebracht wurde, Vid. *Tom. IV. LIB. XXX. §. II.*) den Articulum VI. (Vid. *ibid. p. 575.*) alſo gefaſſet hatten, ob müſten die Reformirten, per omnia & in omnibus, den Augſpurgiſchen Confeſſions-Verwandten gleich gehalten werden. 2) Daß in denen von den Schwediſchen und Lutheriſchen verfaſſten Projecten über dieſen Articul, *in cauſa Succeſſionis vel Transactionis ad alteram Religionem*, dem Domino Territorii nur hat nachgelaſſen werden wollen, einen Hoff-Prediger ſeiner Religion, und zwar wie die Schweden vermeynten, *in una ditionum ſuarum Curia*, nach der Lutheraner Meynung aber, bloß *in Curia Reſidentiæ*, zu haben; dahingegen die Reformirten prætendirten, es ſolle ein Herr befugt ſeyn, nicht allein mehr als einen Prediger, ſondern auch dieſe *pro ſe ſuæque Confeſſioni accedentibus*, und zwar ohne *Reſtriction* auf die *Reſidenz* allein, oder ſonſt an einen gewieſenen Ort, zu halten. 3) Daß in der Reformirten Project dasjenige mit ſtillſchweigen übergangen worden, was in dem Schwediſch-Lutheriſchen Auffſatz, wegen des Fürſten Johannis zu Anhalt angeführet worden war; 4) Hat ſich wegen des in dem Schwediſchen Project bemerckten Anni critici 1624. eine Differenz gefunden, daß ſolcher Terminus ſowohl in der Reformirten, als der Lutheraner Auffſatz übergangen worden. Endlich 6) hatten die Fürſtlich-Sachſen-Weymariſche und Gothaiſche Geſandten bemercket, daß dasjenige, was in der Evangeliſch-Lutheriſchen Stände Project, wegen der Graffen, imgleichen wegen des *Juris Reformandi & Territorialis* mit angehänget worden, um deßwillen nicht zugelaſſen werden könne, weil ſolches der vorhergehenden Diſpoſition, worinnen in caſu mutatæ Religionis, dem Landes-Herrn das Jus Reformandi benommen worden, entgegen lauffe: Wie dann nachgehends ſolcher Anhang würcklich ausgelaſſen worden iſt. Um nun ſolche Differenzien abzuhelffen, wurden förders, ſowohl von den Schweden, als Evangeliſch-Lutheriſchen anderweite Projecten über dieſen Articul gemachet, und gegen einander communiciret, wie die Anlagen ſub N. I, II. III. IV. & V. ausweiſen.

Der Schweden und Evangeliſchen neue Projecten.

N. I.

Dictat. den *26. April Ao. 1647.*

Unanimi quoque Cæſareæ Majeſtatis omniumque Imperii Ordinum conſenſu ſtatutum eſt, ut, qui vocantur Reformati, Electores, Principes & Status, una cum ditionibus & ſubditis ſuis, ſecuritatis è Pace Religioſa & Publica, nec non hujus Conventionis, per omnia ſint participes, ipſisque contra turbantes Proceſſus decernantur, ſalvis tamen de cætero Conſtitutionibus publicis, Pactis, Privilegiis, Reverſalibus, quibus de Religione ejusque Exercitio

1647. April. ercitio ſubditis eorum à Domino cujusvis locis paſſim proſpectum eſt, aut ubi & quatenus ſubditi longo uſu, aut alio quocunque modo id acquiſiverunt.

Quod ſi vero poſthac Princeps vel Dominus Territorii à prima Auguſtana Confeſſione ad alteram, nunc Reformatam dictam, vel ab hac ad illam tranſierit, aut per ſucceſſionem aliove quovis titulo vel ratione Principatum vel Ditiones aut terram nanciſcatur, in qua prædicta illa prima Auguſtana Confeſſio aut jam nominata Reformata publico exercitio nunc viget, Principi quidem vel Domino ſuæ Confeſſionis Aulicos Concionatores, citra ſubditorum onus & præjudicium, alere & in curia Reſidentiæ habere liceat, ſed fas ipſi non ſit, publicum Religionis Exercitium legesque ac Conſtitutiones Eccleſiaſticas hactenus receptas immutare, nec Templa, Scholas, Hoſpitalia, aut eo pertinentes reditus, penſiones & ſtipendia ſubditis adimere, aut Juris Territorialis, Epiſcopalis, Patronatus, vel alio prætextu, obtrudere ipſis Miniſtros alienæ Religionis, vel quidquam impedimenti & præjudicii quoad alteram Religionem facere vel attentare. Verum Principatu vel Ditione in poteſtatem, ut dictum eſt, alterius Religionis deveniente, vel Principe aut etiam Eccleſiæ hujus vel illius Patrono ad alteram Confeſſionum nominatarum accedente, ipſis Communitatibus competat Jus Præſentandi & Vocandi verbi divini & ſcholarum Miniſtros, loco, quem ipſæ Communitates, caſu eveniente, elegerint, examinandos & ordinandos, atque à Principe vel Domino confirmandos irrefragabiliter.

Viſitationes non niſi à conſortibus illius Religionis, quæ in locis viſitandis jam publice viget, expediantur. Conſiſtoriis alienæ Religioni addicti ne aſſideant, Profeſſoresque Theologicæ Facultatis in Academiis, non niſi ejusdem Religionis, quæ ante mutationem Domini recepta fuit, doceant aut alantur. Tandem ſtatus tam Religionis quam Miniſterii, ſeu in Templis, Scholis, Conſiſtoriis, ſeu aliis quibuscunque caſibus, tam ante quam poſt mutationem ſupradictam evenientibus, idem plane & immutabiliter maneat, qui vel Ordinationibus & Legibus publicis, vel alio quocunque legitimo modo jam obtinet.

Denique ſi controverſiæ inter ipſos Status obortæ ſint, aut oboriantur in futurum, eæ decidantur ſecundum Conventionem in puncto Gravaminum &c.

N. II.

Quia vero nonnulli in dubium vocare voluerunt, utrum Reformati ea comprehendantur; ideo hiſce declaratum eſto, eos cum omnibus ſuis ditionibus non modo Pace Religionis, ſed & præſenti Transactione & omnibus aliis Imperii Conſtitutionibus, pari cum cæteris Imperii Statibus Jure, comprehendi, ſalvis tamen Reverſalibus & Pactis, quæ in hunc diem ea de re inter Evangelicos facta ſunt.

N. III.

Dictat. Osnabrug. d. 26. Aprilis, Anno 1648.

Unanimi quoque Cæſareæ Majeſtatis omniumque Imperii Ordinum conſenſu declaratum & ſtatutum eſt, ut, qui vocantur Reformati, Electores, Prin-

1647. April. Majus. Principes & Status una cum ditionibus & ſubditis ſuis, remotis diſputationibus, pari Jure cum cæteris Imperii Statibus, Pacis Religioſæ & Publicæ, nec non hujus Conventionis per omnia ſint participes, ipſisque contra turbantes proceſſus decernantur. Salvis tamen de cætero inter Proteſtantes, præter conſcientiæ libertatem & introductum Exercitium, Pactis, Privilegiis & Reverſalibus, quibus de Religione ejusque Exercitio & inde dependentibus, à Domino cujusvis loci ſubditis paſſim proſpectum eſt, aut ubi & quatenus longo uſu id acquiſiverunt. 1647. April. Majus.

Quod ſi verò poſthac Princeps vel Dominus territorii ad alterutram ſententiam inter Proteſtantes publice receptam tranſierit, aut per ſucceſſionem aliove quovis titulo vel ratione, Principatum vel Ditiones aut terram nanciſcatur, in qua alterutra ſententia publico Exercitio tunc viget, Principi quidem vel Domino ſuæ Confeſſionis Concionatores, citra ſubditorum onus & præjudicium, alere & pro ſe ſuæque profeſſioni accedentibus habere liceat, ſed fas ipſi non ſit, invitis ſubditis, publicum Exercitium, Legesque ac Conſtitutiones Eccleſiaſticas hactenus receptas immutare, nec Templa, Scholas, Hoſpitalia, aut eo pertinentes reditus, Penſiones & Stipendia ſubditis adimere, aut Juris Territorialis, Epiſcopalis, Patronatus vel alio prætextu obtrudere ipſis Miniſtros alterius profeſſionis, vel quidquam impedimenti aut præjudicii quoad alteram profeſſionem facere vel attentare. Verum Principatu vel Ditione in poteſtatem, ut dictum eſt, alterius profeſſionis deveniente, vel Principe, aut etiam Eccleſiæ hujus vel illius Patrono, ad alteram Confeſſionum nominatarum accedente, vel ipſe Princeps aut Patronus præſentet miniſtrum profeſſionis receptæ, vel eo intermittente competat facultas ipſis Communitatibus Præſentandi & Vocandi verbi divini & Scholarum Miniſtros, loco, quem ipſæ Communitates elegerint, examinandos & ordinandos, atque à Principe vel Domino confirmandos irrefragabiliter.

Viſitationes non niſi à conſortibus illius Religionis, quæ in locis viſitandis viget, expediantur. Conſiſtoriis alteri profeſſioni addicti non obtrudantur, Profeſſoresque Facultatis Theologicæ in Academiis, non niſi ejusdem profeſſionis, quæ ante mutationem Domini recepta fuit, doceant aut alantur. Tandem ſtatus tam Religionis quam Miniſterii, ſeu in Templis, Scholis, Conſiſtoriis vel aliis quibuscunque caſibus, idem plane & immutabiliter usque ad pleniorem in Religione concordiam maneat, qui tempore caſus evenientis exiſtit, atque per hanc Conventionem publicam definitus fuit & communiter placuit.

N. IV.

Dictat. Osnabr. d. 3. Maji 1647.
Præſent. à Dnn. Suecis d. 2. Maji
Anno 1647.

Quia vero nonnulli in dubium vocare voluerunt, utrum ii Status, qui vocantur Reformati, Pace Religionis comprehendantur; ideo hiſce declaratum & ſtatutum eſt, ut quicquid Juris ac beneficii cum cæteræ Conſtitutiones Imperii, tum Pax Religionis & præſens Transactio in eaque deciſio Gravaminum, cæteris Imperii Statibus, præſertim Auguſtanæ Confeſſioni addictis, tribuunt, id etiam Reformatis competere debeat.

Quod attinet in ſpecie Jus Reformandi, cum duæ ſint Proteſtantium profeſſiones, neutra in alteram hoc jus unquam exerceat. Conſcientiæ quidem libertas & exercitium hinc inde jam vigens, itemque Pacta, Privilegia &

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1647. Majus. & Reverſales, quibus de Religione ejusque Exercitio & inde dependentibus, cujusque loci ſubditis hucusque proviſum eſt, ſalva maneant. Quod ſi vero poſthac Princeps vel Dominus alicujus territorii ab una ad alteram harum duarum profeſſionum tranſierit, aut quovis modo Principatum aut Territorium aliquod ceperit, ubi altera profeſſio publice viguerit, liceat ipſi quidem Concionatorem Aulicum vel domeſticum ſuæ Confeſſionis, absque ſubditorum onere aut præjudicio, habere; ſed fas ei non ſit, vel publicum Religionis Exercitium, Leges aut Conſtitutiones Eccleſiaſticas hactenus ibi receptas mutare; vel Templa, Scholas, Hoſpitalia, eove pertinentes reditus, penſiones, Stipendia, ſubditis adimere; vel Juris Territorialis, Epiſcopalis, Patronatus, aliove prætextu, alterius profeſſionis Miniſtros eis obtrudere: ullumve aliud impedimentum aut præjudicium alteri profeſſioni adferre. 1647. Majus.

N. V.

Dictat. Osnabr. d. 3. Maji 1647. Præſent. à Dnn. Suecicis d. 2. Maji Anno 1647.

Quia vero nonnulli in dubium vocare voluerunt, utrum ii Status, qui Reformatorum nomine vulgò vocantur, Pace Religionis comprehendantur; ideo hiſce declaratum eſto, ad hos æque ac ad cæteros Imperii Status & Pacem Religionis & præſentem Transactionem ac nominatim illam, quæ in puncto Gravaminum inita eſt, & ita quicquid in iis omnibus, inprimis de Auguſtanæ Confeſſioni addictis diſpoſitum eſt, pleno & pari Jure pertinere, ſalvis tamen ab utriusque nominis Proteſtantibus in hunc diem factis de ſtatu Religionis inter ſubditos ipſorum, Pactis & Reverſalibus. Utque nec in ditionibus, quas nunc poſſident, neque quas impoſterum quoquo Titulo acquirent, invitis ſubditis publicum Religionis Exercitium, quod tempore mutationis reperitur, utrinque immutare fas ſit &c.

§. XXX.

Endliches Project der Schweden und Evangeliſchen.

Endlich vereinigten ſich die Schwediſche Geſandten nebſt denen übrigen Evangeliſchen, des ſub N. I. hierbeygefügten von Altenburg verfaßten Projects, welches von denen biß daher angeführten Auffſätzen,

Deſſelben Unterſcheid von allen vorigen.

hauptſächlich darinnen abgehet, daß, weil vorhero die gröſte Difficultät von Seiten der Reformirten, in der *Oppoſitione Religionum* beſtanden, dieſer Paſſus nunmehro in dem gegenwärtigen neuem Project, ziemlicher maſſen in favorem Reformatorum modificiret worden. Solches Project ward den Reformirten am 23ten Maji zugeſtellt, und vermeynte man, ſie würden geſtalten Sachen nach, völlig damit zufrieden ſeyn: Alleine, dieſelbe inhærirten nicht allein ihren vorigen Poſtulatis, ſondern änderten auch vieles in ſolchem neuen Auffſatz, und ſetzten andere Puncten hinzu, wie aus denen Monitis & Additionibus Reformatorum ſub N. II. und denen beygefügten Marginalien erhellet.

Der Reformirten Monita dagegen.

N. I.

Dictat. Osnabr. d. 26. Maji Anno 1647. Præſent. d. 25. Maji 1647.

Articulus Reformatos concernens, ab Evangelicis conceptus.

Unanimi quoque Cæſareæ Majeſtatis omniumque Imperii Ordinum con-